Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25960
Copyright: Admont, Benediktinerstift



titulo secuntur ipsius esse credantur. Est autem hic lib
allegoricis ac typicis sacramentis signatus specialiter
autem. quod natus. quod passus quod resurrexit xpc. pene omnis
psalmorum resonat organus. Sciendum tamen quod apud
hebreos omnes permixti fuerint & inordinati. Quos qui
dem primus esdras in unum uolumen coegit. & in ordinem
numerumque disposuit. ac per occultum sacramenti misterium
aliis alios pretulit ordine. dum posteriores uideantur
in tempore. Nam secundum hystoriam tercius psalmus quinque
gesimo posterior est. sed propter mysterium in ordine prior est
Sic enim habentur & ceteri. quia spc eos preordinauit
ut uoluit.

PSALTERIUM. INQUIRENDUM EST
in cuius lingua dicitur. quem hebrei nablum uocant
Psalmus a quo dicetur. eo quod psalterium nomen accepit
uel psallendo. Interrogandum est si omnes psalmi ad auid
esse noscuntur an non. Rectissime ad auid esse noscuntur.
Et si omnes ad eum esse noscuntur. quare ergo pretitulantur in aliorum
persona ut nomina sicut legimus in nomine asaph. chore
eman. ethan. & idithun. moysen. ut ceterorum. Licet
in istorum nomina sint pretitulati. tamen quamuis in aliorum perso
na ac nomina interpretationis ut figuram pretitulentur. tamen
omnes psalmi ut dicimus ad eum esse noscuntur. Et hoc inqui
rendum est. qualis psalmus fuisset primus cantatus. Volunt
aliqui dicere. Miserere mei deus. Alii. Domine quod multi